

**www.e-rara.ch**

**Stephani de Malescot Iuriscos. ac Belarborensis Theophilologi, de  
Nuptiis Liber Paradoxicus, nova & recenti methodo compositus**

**Malescot, Etienne de**

**Basileae, 1572**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-129>

De generatione matrimonii causa finis. Caput VI

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## DE GENERATIO-

## NE MATRIMONII

causa finis. Caput VI.



VMMA & præcipua causa  
 matrimonij vt finis, annuen-  
 te Aristotele Ethicor. 2. est  
 susceptio, & sobolis pro-  
 creatio: quæ ideo expeten-  
 da est bono viro, suadente Platone,<sup>a</sup> vt  
 quis post se relinquat, qui Deum religio-  
 se colat, & pietatem ad posteros propa-  
 get, siue transmittat. Reliquæ causæ & in-  
 finitæ quæ nuptiis adhærent frequenter,  
 quibus inter omnes vnâ eligens in vxo-  
 rem accipit, vt ætas, ordo, familiæ splen-  
 dor, opes, forma, & quæ sunt iis similli-  
 ma, vt accidētia & qualitates nuptiis con-  
 veniunt, sed de natura eorum nō sunt. Illa-  
 rum enim rerū blanditiæ & pellaciæ ani-  
 mos hominum ad se alliciunt quodā cu-  
 piditatis & voluptatis instinctu, quæ nul-  
 li nō adblāditur, illis potissimū qui vo-  
 luptatibus ducuntur, & se vitiorum illece-  
 bris & cupiditatū lenociniis dediderunt:  
 quibus si quispiam magis adhæreat, quàm  
 præcipuis causis, generationi præsertim,  
 nō dubium eum errore graui nitī, & vitiiis  
 morem gerere. Tamen matrimonium va-

*a Dialog. 5.  
 de Repub. c.  
 pudor. 32.  
 quæst. 2.*

let, si orationibus mutuis de cōsensu con-  
 stet<sup>b</sup> p̄tium. Nam cū huiusmodi res me-  
 diæ sint, propter paucorū abvsum prohi-  
 beri omnino earum appellatio, tanquam  
 semper à ratione exorbitans, non potest,  
 cū & syncerè illis quis vti queat. Vbi ve-  
 rò cōsensum animorum secuta est corpo-  
 rum cōiunctio, matrimoniū est omnibus  
 suis numeris absolutum, cuius præcipuus  
 est effectus, vt ex eo procreentur liberi,  
 quorum prole diuturnitatis memoriã<sup>c</sup> no-  
 bis acquiramus. Nisi enim quæ dicta sunt  
 de matrimoniis obseruata sint, ex concu-  
 bitu nō liberi legitimi, sed vulgo quæsi-  
 ti à patria potestate seiuncti nascūtur<sup>d</sup>. Con-  
 tracto verò matrimonio, alter ex cōiugi-  
 bus sine voluntate alterius religioni ad-  
 dicere se nequit, propter indiuiduam nu-  
 ptiarum cōiunctionem<sup>e</sup>: nec tãta interve-  
 nit corporis cōtagio, aut macula, aut no-  
 ta, vt cōiuges segregentur<sup>f</sup>. Adeò indiui-  
 dua est illa societas, vt ne lepra interve-  
 niente, dissoluatur<sup>g</sup>. An autem vxor mari-  
 tum sequi debeat, quocūq; proficiscatur,  
 si id ab ea expetat, quæri solet: quod ita fie-  
 ri, & boni mores, & Sacrę literæ, ipsaq; ho-  
 nestatis ratio postulat<sup>h</sup>. Quòd si vxor an-  
 tequam cōtraheret, rationes negotiorum  
 viri cognouerit, vti sæpe peregrinari coga-  
 tur, tunc videtur cōsensisse, vt cū eo incer-  
 tis

*b c. solet. 32.  
 quæst. 2.*

*c l. libero-  
 rum. §. vlt.  
 de verbo. si-  
 gnificat.*

*d §. si ad-  
 uersus. Inst.  
 de nupt.*

*e c. cū suis.  
 de cōuentio.  
 coniugat. et  
 c. ad Aposto-  
 licam. eodē.*

*f c. si vxorē.  
 Et c. horren-  
 dum. 32. q. 5.  
 g c. 2. de cō-  
 iug. leproso-  
 rum.*

*h Cynus in  
 l. liber. C. de  
 operis libert.*

tis sedibus vegetur<sup>i</sup>: at si cōtractis iam nu-  
 priis primum ita vagari incipiat, tūc sequi  
 maritum nō cogitur, ex Bartoli<sup>x</sup> opinio-  
 ne: sed id à veri & æqui natura alienū est,  
 cūm vxor legibus mariti astringatur, nec  
 sui corporis habeat potestatem, monēte  
 Paulo<sup>l</sup>: sed maritus, qui veluti dux & au-  
 tor & gubernationis & vitæ status atque  
 morum vxoris, nihilominus iure summo  
 & stricto vxorem cogi nō posse, hac in spe-  
 cie audacter semper fatebor. Sed sicut pa-  
 ctis pœnarū nemo cogi potest ad matri-  
 monium cōtrahendum<sup>m</sup>, ita nec pactio-  
 nibus dirimitur<sup>n</sup>. sic em̄ Matthæus<sup>o</sup>, Quos  
 Deus coniunxit, homo ne separet. Itaq;  
 nullis hominum trāsactionibus, pactis &  
 stipulationibus matrimonia quæ constat  
 esse cōtracta, violari aut rescindi possunt,  
 vt ex eo certa proles, progenies & propa-  
 gatio inter mortales legitimis modis orta  
 & cōcepta eluceat. Nam Generatio est, vt  
 (Speusippus ait) motus ad essentiam, sive  
 essentiæ acceptio, quam tamē pleriq; scru-  
 pulis referti, in nugis tempus cōterentes  
 excutiendis, quos maximē Seneca<sup>p</sup> rider,  
 solūmodo maribus attribuūt. Vergilius<sup>q</sup>:

At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas,

Idem Atlas generat cœli qui sidera fulcit.

Cicero in Partitionibus oratoriis: Quem-  
 admodum quisque generatus, quemad-

*i* arg. l. ple-  
 num. §. equi-  
 tij. de vsu  
 & habit.  
*k* in l. mœ-  
 nia. §. vxor-  
 re. de an-  
 nuis legatis.  
*l* epist. 1. ad  
 Corin. ca. 7.

*m* l. 2. C. de  
 inutilib. sti-  
 pulat.  
*n* c. vlt. de  
 transactio.  
*o* cap. 5. 18.  
 & 19.

*p* lib. 6. de  
 benef. ca. 5.  
*q* lib. 8. Ae-  
 neidos.

modum educatus. Invenitur tamen etiam  
*r li. 8. c. 4. 4.* de fœminis dici, vt apud Plinium<sup>r</sup>. Et quæ  
 nõ primo initio generare cœperit: ibidẽ,  
 contráq; mulos, quos asini & equæ gene-  
 rarent: & quod maius, & à propria signifi-  
 catione remotius, de herbis idẽ apud Gel-  
*e lib. 5. c. 6.* lium<sup>s</sup> obseruari solitũ, vt fieret è gramine  
 quod in olea generatum esset, nec sine ra-  
 tione vtriq; generi accommodatur, quia  
 vtriusque operatio, viri actio, & fœminæ  
 passio, ad generationem cõducit, ad quã  
 omnes causæ supradictæ tâquam ad sco-  
 pum referũtur. Vnde Augustinus in libris  
*t lib. 13.* de Ciuitate<sup>t</sup> Dei: Quid cõcubitus (ait) cõ-  
 iugalis, qui secũdum matrimonialiũ præ-  
 scripta tabularum procreandorũ fit causa  
 liberorũ. Nam nulla alia ratione introdu-  
 ctæ sunt nuptiæ, quàm sobolis procreadæ  
 gratia, vt sentit Aristoteles<sup>u</sup> in libris de  
*u li. 2. c. 1.* Generatione animalium: & quamvis non  
*e lib. 1. c. 2.* minus inter absentes quàm præsentis nu-  
 ptia contrahi possint, vt per procuratorẽ  
 qui speciale mādaturum habeat<sup>a</sup>: tamẽ quic-  
 quid agitur, eò tendit vt ex mutua illa con-  
 iunctione generatio sobolis sequatur: &  
 cum cõsentiunt inter se, sive per epistolã,  
 sive quibuscũq; aliis modis, ad quid quæ-  
 so cõsentiunt? Quorsum cõsensus ille? Ma-  
 trimonij gratia, dices. Quorsum matrimo-  
 nium? Generationis causa, respondebis.  
 Nam

*a l. deniq;  
 l. generali,  
 de ritu nu-  
 ptiar.*

Nam præcipua matrimonij causa spes est  
 prolis<sup>b</sup> futuræ. Vnde impotētia coeundi,  
 nimia videlicet frigiditas in viro, in fœmi  
 na inhabilitas (si sic loqui fas est) ad gene  
 rationem, quæ à natura inest, matrimoniū  
 iure cōtractum dissoluit<sup>c</sup>: modò huiusmo  
 di personis subueniri nō possit sine sum  
 ma & graui naturæ & vitæ earū iactura<sup>d</sup>,  
 tamen hac tempestate ex omniū ferè opi  
 nione & sententia, thori & facultatum se  
 paratio nō libertas alterius vxoris ducen  
 dæ conceditur. Quod & veritati, & bonis  
 moribus, & pontificum constitutionibus  
 ex diametro repugnat. Nam si forsitan (vt  
 hodie in Gallia evenit sæpissimè) per ma  
 leficas artes occultè, omnibus insciis, for  
 te interposita, cōcubitus non sequatur in  
 ter cōiuges, ita vt triennij spacio coire nō  
 queant, quæri solet, an separari possint:  
 non enim à Deo coniuncti sunt, cū ma  
 trimonium non sit absolutum, nihil enim  
 à Deo imperfectū proficiscitur. Iure pon  
 tificio separatio permissa est: & ad aliud  
 matrimonium admittuntur, & postquam  
 alias nuptias experti sunt, ita vt ritè ani  
 mis & corporibus iungātur, à quibus se  
 parati sunt, etiam si potentia coeundi illis  
 sit restituta, iterum iungi non possunt, &  
 secundas nuptias respuere<sup>e</sup>, idque abun  
 dè Ignatius Remēsis Archiepiscopus con

*b c. pudor.  
 32. quest. 2.*

*c c. 1. & 2.  
 33. quest. 1.  
 c. laudabi  
 lem. de fri  
 gidis & ma  
 leficiatis.  
 d c. frater  
 nitatis. §.  
 per hæc au  
 tem. eodem.  
 l. si cum do  
 tem. §. si ma  
 ritus solut.  
 matrimo.*

*e c. si per  
 sortiarias.  
 33. quest. 1.*

c. si quis  
acciperet.

33. quæst. 1.  
g. §. dissol-  
vuntur.

h. c. quod  
autem et c.  
requisisti.

et 33. quæst. 1.

i. c. quod  
proposuisti.

32. quæst. 7.

k. l. adige-  
re. §. quam-  
vis. de iure  
patronatus.

c. & si Chri-  
stus. de iur-  
reuerendo. et  
c. cū cessan-  
te. de appel-

lat. l. genera-  
liter. C. de  
episco. & de  
ricis. l. filia.

§. usuras. de  
legat. 2. l. ne  
quidam. C.  
de testamēt.

militari.

l. Arist. li. 1.

Ethic. ca. 1.

firmat, & in consilio apud compendiū hā-  
bito statutum<sup>f</sup> est, quibus subscribere Im-  
perator & assentiri videtur in Nouella 22.  
de nuptiis<sup>g</sup>. Itē Gregorius, Licet (inquit)  
mulieri alteri nubere, quam ob frigidita-  
tem maritus cognoscere nequit<sup>h</sup>: & cōtrā,  
viro aliam vxorem ducere, cui sua ob in-  
firmitatem corporis debitū reddere non  
potest<sup>i</sup>, pmissum est.) Ex quibus, quæstio-  
nem à nobis in florentissima Biturigum  
Academia de Generatione & coitu legi-  
timo, multis argumentis & rationibus iu-  
ris vtriusque agitatam, veritati consenta-  
neā esse patet: iis enim vt causis præcipuis  
deficientibus, effectus expiret & corruat,  
necessariū est. Nam causa cessante<sup>\*</sup>, & ef-  
fectus cessat: quod more philosophorum  
de causa finis, vt est generatio, intelligen-  
dum. Nā omnia quæ fiunt & fieri possunt,  
omnis ars, omnis doctrina, omnis actio,  
omne studiū et institutū ad bonū aliquod  
refertur. Itaque probè veteres summū bo-  
num definiunt id, ad quod omnia<sup>l</sup> redu-  
cuntur: & quoniam multæ actiones & of-  
ficia, artes ac scientiæ sunt, cōplures etiā  
finēs extiterunt. Nam & medicinæ vale-  
tudo proposita est, & arti edificandarum  
nauium, nauis, & rei militaris, victoria, &  
rationi rei familiaris diuitiæ, & nuptiis so-  
bolis generatio & procreatio. Nam cū  
finis

finis sit & matrimonij scopus, omnia quæ  
 fiunt eius gratia fieri, vt Aristoteles in Phy-  
 sicorum<sup>m</sup>, de generatione<sup>n</sup> Animalium, de  
 partibus Animalium<sup>o</sup>, & Metaphysices<sup>p</sup> li-  
 bris eruditè probat. Verùm huic quæstio-  
 ni satisfaciat aliquis rogo, Quare matri-  
 moniũ inuentum, & certis finibus & limi-  
 tibus conclusum? Quia scilicet vnicũ la-  
 sciuiantis iuuentæ frenum est matrimo-  
 niũ, ideo à Iurisconsultis lex scripta est,  
 quòd filia 25 annum egressa facultatem ha-  
 bet coniiciendi se in cuius velit nuptias,  
 ita vt ex hac causa pater eam hæreditate  
 priuare, & à successiõibus excludere<sup>q</sup>,  
 constit. Iustin. 115. nõ valeat<sup>r</sup>. Simili ratio-  
 ne clericis, si abstinere haud possint, legiti-  
 mas habere vxores cõcessum<sup>s</sup> est, & quẽ-  
 admodum generationis & coitus gratia,  
 non solũ iure diuino<sup>t</sup> aut ciuili, sed eti-  
 am<sup>u</sup> Pontificio nuptiæ inter sanguine iun-  
 ctos & affines prohibitæ sunt, & polyga-  
 mia sublata, & ex hominum concupiscen-  
 tiis<sup>a</sup> euulsa, ac ratio personarum in matri-  
 niis habita, sic respectu eiusdẽ generatio-  
 nis nuptiæ licitæ cõtrahi iubentur, ne ve-  
 nereis vibrati affectionibus, in quoscunq;  
 concubitus irruamus, quibus pater gene-  
 rationem nuptiarum contra omnium opi-  
 nionem præcipuã causam esse. Sed quæso,  
 si solus consensus nuptias faciat, nõ con-

*m lib. 2. c. 3.*

*n li. 2. c. 4.*

*o lib. 1. c. 1.*

*p lib. 5. c. 1.*

*q 2.*

*q authent.*

*sed si post. C.*

*de inoff. te-*

*stamento.*

*r §. de in-*

*ceps*

*s c. Nicena.*

*31. distinct.*

*authent. mul-*

*to magis. C.*

*de episcop. et*

*cler. & No-*

*uel. 22 §. sed*

*& si quis.*

*t Dente. 18.*

*cap. 25.*

*u c. 1. de cõf.*

*et affinitat.*

*c. qui dor-*

*mierit. 27.*

*quæst. 2.*

*a l. cõ qui*

*duas. C. de*

*adult. l. ne-*

*minẽ. C. de*

*incestis nup-*

*tiis. c. si quis*

*fuerit. 32.*

*quæst. 7. &*

*c. gaudemus*

*de diuortis.*

cubitus legitimus, generationis exordiū, cur summi Pontifices cognatis, post rem habitam, connubium libellis suis permittunt? ac veluti suis priuilegiis matrimoniis illicitis subsidio sunt? Nec obstat quæ vulgo aduersus opinionem nostrā in medium ex Vlpiano<sup>b</sup>, & Plutarcho ex præceptis connubialibus, tum ex iure Pontificio<sup>c</sup> adducuntur. Nam cum Iuriscōsulti & pontifices de consensu loquuntur, de eo vt de causa efficiente verba faciunt, cuius subsidio reliquæ honestæ fiunt, vt generatio quæ illicita esset, nisi consensus legitimus præcederet, & si verba Iuriscōsultorū & Pontificum accuratè expendamus, appellatione consensus omnes reliquas causas amplecti colligemus. Nam vt Iurisprudentiæ studium æquitatis agnoscendæ et conseruandæ, Medicinæ valetudinis, ita & consensus nuptiarum generationis gratia intercedit: & quia generatio cōmunis est & brutis & hominib. & est quædā licita & honesta, quædā illicita & ab honesto abhorrens, ideo de solo cōsensu sæpissimè verba faciūt Iuriscōsulti, eo nomine generationē eius scopum & finē, comprehendentes. Nam vt nuptiæ, ita et vxor dignitatis nomen est, nō voluptatis, vt ait Ælius Verus Imperator apud Spartianū. Sed ne fūco puerili ornata neruis careat oratio nostra,

*b l. nuptias.  
de reg. iuris.  
l. cū fuerit.  
de conditio.  
& demon-  
strat. l. cū  
hic, de dona-  
tio, inter vi-  
rum & vxo-  
rem. §. si mu-  
lier.  
c c. sufficiat.  
27. quest. 2.  
cum simili-  
bus.*

nostra, sciendū est, ex iure Pontificio duo esse in matrimonio necessaria, consensum animorum, & coniunctionem corporū<sup>d</sup>. Hinc nuptiæ, copula carnis (vt more eorū loquar) non absolutæ ab ecclesia non approbatur<sup>e</sup>. Ergo solo consensu matrimonium fieri nequit: in rei nanque alicuius constitutione sola causa efficiens non sufficit. Quis præterea non prohibetur, vxore nondum cognita, monasterium ingredi<sup>f</sup>, quia constat eos coniuges non fuisse: at si coire cœperint, separari non possunt, quia non licet viro vxorem relinquere, si coniunctio corporis intervenerit<sup>g</sup>. Ex his itaque patet, concubitū generationis gratia omnino necessarium in matrimonio, & summum (vt fusè in cap. 1. & reliquis supra docuimus) sibi locum vendicare. Nec sine ratione. nam vt loquitur Callistratus<sup>h</sup> præter omnia natura parètes pios docet, vt liberorum procreandorū animo & vxore vxores ducant. Cuius autoritate freti, rei veritate opinioni nostræ assidente, ad finem libelli nostri aspirantes, generationem præcipuam esse nuptiarum causam, sustinemus.

*d c. de biga-  
mi.*

*e c. cum so-  
cietas, 27.  
quæst. 2.*

*f c. verum,  
& c. ex pu-  
blico. de con-  
uersio. con-  
iugatorum.  
c. scripsit no-  
bis. 27. quæ-  
stio. 2.*

*g c. ex pu-  
blico. & c.  
debitum. de  
conuersione  
coniugato-  
rum.*

*h l. libero-  
rum. §. præ-  
ter hac om-  
nia. de rerū  
& verborū  
significat.*